Quæstio Medica

Quodlibetariis Disputationib. agitanda in Scholis Medicorũ die Jovis 26º Janu.
D. J. D'Amboyse Med. reg. et Doct. moderat.re prudentiss.

240

An totus homo à natiuitate Morbus?

Ex Cunctis Animantibus cum fere, ut actionum præstantia Hom. temperatissimo Juor tribuitur, quis nullum adeo Morbis obnoxium. Corpus enim quantum constat fluido et toto deciduo; quod cum Natura in partes quasq; simul effingendas fuerit, non ista se habet quin ista dividit per tempora mutationi illud denunciat. quinetiam quæcumq; malo parentes cum grandævi tenentur, in cum semine transfundunt in prolem, vix demum ... machinis abigendas, quinis generis sunt Elephas Arthritis, Nephritis, Epilepsia, κύφωσις, φθίσις, Calvitium, κυφωσις, aut alia quævis deformitas. ad hunc censum referri debent exanthemata quibus de toto contracta labes repurgatur.

Maternus quippe sanguis alterum generationis principium, primumq; fœtus alimentum, sua etiam in corpus vitia, sordesq; q similiter infundit. Quo fit ut ratio aliqua Natis à valetudinis et prægnantis constitutionem sit ducenda. Nam cui Cibo illa plurimum assuevit, ad fœtum futurus est jucundus, sic bene dedita φιλοίνον edit, à Morose δυσκολον. Morbo etiam aliquo si sese conficiet infantem gignit in eum proclivum. Phantasia sic talis est ut non modo corpus cogitantis, sed etiam constitutum imminet in parte quoq; Cum corpus non est multa pudendo de obstetrices imminent discrimina, longe plura de alienæ nutricis quis lacte copiose corporis ingenita temperies mutatur.

Natus infantem pstris Cib. à Populares affectus quibus ipse magis est opportunus multa peculiarites illico circumstant morborum agmina. Crebris enim torminib. discruciatur, alius sequitur premitur hydrocephalo et hypiasi laborat, oris ulceribus angitur, lac fœdatur. aurib. humescit, vigiliis, pavoribus agitatur, frequenti vomitu disrumpitur. Vasis strumarumque quib. vexatur. Dentientes consequuntur pruritus gingivarum, destillationes, tusses, febres, convulsiones, Diarrhœæ. Majori natu tonsillæ inflammantur. vertebræ luxantur. Calculus in vesica concrescit. Lumbrici generantur. Scabies totum corpus deturbat ad pubertatem accedenti sanguis fluit e naribus febresq; fium diuturniores quo tempore morbi puerilis haud soluti solent immitesceré.

Qual sequitur ætas licet temperatissima pstreq; robore, pessimis affectus qui spem defungantur solvendus, immitis. febribus enim acutissimis, et ardentissimis quas hæc sunt periculosiores corpus reddit obnoxium. Cumq; bilis atræ sit alumna Melancholicis morbis maxime frequens, quibus præsens remedio est fluxus hæmorrhoidum. Horrentemq; quoq; gravissimis affectibus infestæ præsertim asthmate plenitudine (minus tenuenda quidem si dextra sudent) et peripneumonia. Hic si Diarrhœa, aut dysenteria (dextrior cum gracile intestinum, maxime vero jejunum deturbatur) supervenerit, periculum non procul esse portendit.

Postrema superest ætas omni frigidissima et siccissima, quæ vix ullam hominis partem, aut actionem offensionis suæ relinquit immunem. Caput namq; ipsum tentat vertigine, visum, auditumq; obtundit. Sensum Cordis vigiliis exagitat. Minuit memoriam, veternum profert, apoplexiam, paralysim, tremorem, ac tussim inducit. Respirationem et Phthisim lædit. Dentes excutit succis aluntur. lingua balbutiem parit. pulsum intermittit. Reddit torque nephritido. Dysuria, et stranguria vesicam exstimulat. Chiragra et podagra dissociat articulos. Cutem prurit, et impetigine dilandat. Denique senectus ipsa morbus est, quæ quantum corpus humore radicali nunquam reparando penitus exhaustum morbis objicit, etiam plerumq; longius ut neq; curationem admittat, neq; citius q̃ Morte finiatur.

Ergo totus homo à natiuitate morbus.

Asserebat Jacobus Lescrivain Andinus. CIↃ IↃ XCV.

Dñi Doctores disputaturi.

M. Jacobus D'amboyse præses.
M. Jacobus Cousinot.
M. Petrus Sequyn.
M. Franciscus Du Port.
M. Guillelmus de Cusson Decanus.
M. Ægidius Heron.
M. Joannes Hautin
M. Sulpitius Rigaut.
M. Gerardus Denisot.

F.M.P. BIBLIOTHÈQUE